



1783.



**ACOLYTHORUM
SANCTISIMÆ CRUCIS
COLEGII
AD ILLUSTRISIMUM
*D. D. JOSEPHUM
ESCALZO,*
EPISCOPUM GADICENSEM,
ORATIO.**





SANCTISIMÆ CRUCIS COLE-
 gium coram te adstat , Illustrissime
 Præsul ; Colegium , inquam , anno Vir-
 ginei partus millesimo septingentesimo
 septuagesimo sexto à venerabili Decano,
 & Capitulo tuæ Sanctæ Sponsæ propriis
 sumptibus erectum , & in perpetuum
 sustentandum , necnon & à legitima au-
 toritate roboratum ; eo igitur fine ut
 dum nos ministerijs Ecclesiæ perpetuo
 addicti inserviremus , Divi Bartholomei
 Seminarij Alumni continuo litteris va-
 ca-

carent. Quapropter minimè dubitandum existimo asserere coram te adstare eam partem Seminarij Ecclesiastici , quæ , ex mente Concilij Tridentini , Altarium servitio adscribitur , dum altera scientiarum studio insudat. Non tibi , Venerande Pater , non tibi ; sed nobis metipsis potius congratulamur de tuo adventu , cum tanto Præsule , tamque benemerito , inævum (Deo vota placeant) gaudere confidimus. De te enim , de tua erga quemlibet benignitate , de tua veluti innata propensione in favorem pauperculorum jam fama nobis locuta fuit : à Masnarij littere , ad usque extremas Gades , nemo est qui nesciat quantum scientiarum , ar- tium-

tiūmque cultoribus faveas. Musarum in-
ter perdulces amplexus educātus , ubi
Seneca , ubi Lucanus , ubi Osius , ubi
Eulogius , ubi innumeri homines Ro-
manórum , Christianorum , Gothorum ,
& Arabum temporibus Bœtim in Cas-
taliam fontem trasmutarunt nedum ve-
rè doctus existis ; sed litterarijs illece-
bris taliter illectus , ut omnibus litte-
rarum cultoribus postea utramque ma-
num porrigeres ; & dum scientiarum
refoves studiosos , ignorantiae tenebras
repellis , quibus mortales dum fuerint
involuti , minimē æternæ vitæ semitam
invenient , cum non nisi clavibus stu-
dij , & scientiæ , pandatur domus om-
ni-

nipotentis Olimpi. Vere intelligens super egénum & pauperem , non ignavos, & inutiles homines , & si sua sponte miserrimos ; sed laboriosos , & solertes amplecteris : sic dum illis abundé subvenis , iñstaurantur artes , & Respublica, cuius salus suprema lex , utilibus membris viget , corroboratur , dítescit. Sic te ergo æterni Numinis providentia disposuit , ut regeres Ecclesiam Dei quam acquisivit sanguine suo : & cum Superis placuit te supra candelabrum erigere , non incircumcisorum , sive impiorum , & irreligiosorum hominum pörto (ut temeré & injuriosé creditur) tibi obtigit gubernanda ; sed religiosum,

de-

(VII)

devotum, pium, blandum, & docile
ovile Ovium, quod quidem facilime du-
ces quo volueris. Nos igitur infimae Oves
pascuae tuae, nos igitur qui quantum
temporis superst, post illud servitio
Sanctuarij impensum, latinitatis, & fi-
losophiae studio operam damus, non di-
fidimus tuam paternam protectionem
promereri. Te enim enixe deprecamur ut
~~nos~~ qui sub incliti tui Capituli auspicijs
jucunde, feliciterque vivimus, paterno
sinu ampliactaris, & postquam evaqua-
verimus quae parvuli sunt, ad altiora,
te protegente, ascendere posimus. Etsi
apud clementiam tuam primuni locum
obtineant Divi Bartholomei Seminarij
alum-

alumiñi , q̄ numquid unam tantum benedictionem habebis ? Nobis quoque obsecrāmus ut benedicas. Tuum aliqualem, ne dicam præcipuum , amorem vindicare meremur , qui SANCTÆ CRUCIS titulo adscripti sumus , cum MAJUS PINCIANUM COLEGIUM , cuius toga insigniris , eodem titulo gaudeat. Verum est , libenter fatebimur , Divi Bartholomei alumnos continuo Minervæ pales træ addictos ese , nos perpetuō Ecclesiæ ministerio inservire ; sed verissimum est , nemo ibit inficias , nos ideo diū noctu- que improbo labore fatigari ut commodius illi scientiarum pergrata dulcedine saturentur. Et laborantes nos (præcipue cum

cum litteris æternum vale non dicamus,
 neque umquam dicemus) & illos nos-
 tris laboribus , ad suam instructionem ,
 proficientes , veluti omnium Pater ama ,
 & refove . Cum enim ducenti viri , ex
 Davidis precepto , remanserent ad tor-
 rentem Besór , dum reliqui exercitus
 Amalecitas persequabantur , parta victo-
 ria , sibimetipsis dumtaxat deberi spolia ,
 & præmia , clamabant illi qui præliati
 fuerunt : minime , en vox Regis Davidis ,
 minime ita fiet , æqua enim pars erit descen-
 dentis ad prælium , & remanentis ad Sarcinas ,
 & similiter divident . Deus optimus , ma-
 ximus , cuius inescrutabilis providentia
 te ad Episcopale sanctissimum munus eve-
 xit ,

(X)

xit, ut tibimetipsi, nobis, & universo gregi proficias ad æternam salutem, te columen, te sospitem, te mortaliū omnium felicissimum servet in perpetuum. DIXI.



Ca-

Cadiz Octubre 8. de 1783.

Apruebase para la Impresion por lo que á Nos toca.


*El Dean Gobernador del
Obispado.*



Cadiz 9. de Octubre de 1783.

Imprimase.

O-Reilly.



GADIBUS :

EX-TYPOGRAPHICA OFFICINA D.
JOANNIS XIMENEZ CARREÑO,
In Vico Sancti Michaelis.
Anno Dñi. 1783.